

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CCCXLVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295125](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295125)

## CCCXLVI.

TESTAMENTUM JOANNÆ DE BOFFREMONT  
CONJUGIS GUILLELMI COMITIS DE  
ARBERG, DOMINI DE VALANGIN.

ANNO MCCCCXVII.

*Ex Bibliotheca Baronis de Zur-Lauben, Campi - Marefchalli.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus Sancti Amen. Ego JOANNA de Boffremont Domina de Valangin filia inclitæ Recordationis nobilis & potentis Viri Domini Philiberti quondam Domini de Boffremont, notum facio univerfis præsentibus Et futuris quod Ego Sana & Compos mente licet debilis Corpore considerans humanam fragilitatem diem & horam Suxæ desolationis ignorare, & se humanis periculis subjectam nihilque fore certius Morte, Et incertius illius hora, meliusque esse unumquemque Spe mortis testatum Vivere quam Spe vitæ decedere intestatum, Volens igitur Mortis dispendia, dum in me viget sensus, quantum in me est juvare Et animæ meæ salubriter providere quo pœnas æternas fugere Valeat, Laude licet indigna sit Beatorum, jdcirco ad Laudem Dei Omnipotentis Et Gloriosæ Beatæ Virginis Mariæ Matris Ejus Et Totius Curie paradisi Testamentum meum Nuncupativum his presentibus scriptis Redactum & meam extremam Ordinationem de me, bonis & rebus meis facio dispono & ordino de Laude & auctoritate Voluntate & Consensu egregij Viri Guillelmi Comitis de Arberg Domini de Valengin dilecti



Mariti mei in modum & formam subsequenter, inprimis animam meam cum a corpore meo egressa seu exita fuerit recomendo suo Altissimo Creatori Domino Jesu Christo Gloriosæ Virgini Mariæ ejus Matri totique Curiaë Supernorum, Sepulturam Corporis mei Eligo in Ecclesia parochiali Sancti Petri de Angoulon ante Magnum altare dictæ Ecclesiæ, & quia heredis Institutio est Caput fundamentum & origo totius Testamenti, idcirco hæredes meos Vniversales mihi facio & ordino Joannem Hubertum, Isabellam Annetam Et Margaretam Liberos meos legitimos Et naturales & eorum quemlibet in æquali portione pro se & suis hæredibus assignatis & assignandis, & Causam ab eisdem habentibus & habituris quibuscumque in omnibus & singulis rebus & bonis meis mobilibus & immobilibus juribus, actionibus, rationibus, possessionibus ac proprietatibus quibuscumque, Salvis & Exceptis illis ex quibus inferius ordinabo. Item do & lego dicto Guillelmo dilecto Marito meo pro se & Suis hæredibus in perpetuum omnia & singula bona mea mobilia quecumque & Vbicumque sint, & reperire poterunt post obitum meum in Casu quo Ego decedam ab humanis ipso dilecto Marito superstite. Item do & lego dicto Guillelmo dilecto Marito meo ad vitam suam usum fructum suum in omnibus alijs bonis rebus immobilibus Et proprietatibus meis quibuscumque. Item volo & ordino quod dictus Guillelmus maritus meus dilectus statim post decessum meum faciat omnia Beneficia, Et obsequia mea bene & decenter secundum statum suum & meum de quibus faciendis & fieri faciendis onero Conscientiam dicti Guillelmi mariti mei, item do & lego perpetuo nomine Eleemosinæ Venerabilij Capitulo novi Castri vnum modinum frumenti ad Mensuram novi Castri Censum quem assigno & affecto dicto Capitulo percipiendum recuperandum, leuandum & habendum per dictum Capitulum annis singulis perpetuo In festo Beati Martini hyemalis super Censum frumenti dicto Guillelmo annuatim debitum in Villa de Confragno Et in villa de Gene-



verio super Confragno sub tali conditione qua dictum Capitulum debeat & teneatur perpetuo quolibet anno in die obitus mei facere unum Aniversarium solemne vt moris est fieri pro Remedio Animarum nostrarum dictorum Conjugum, Dominæ Mahaut matris dicti domini, & omnium parentum & predecessorum nostrorum & hæredum & Successorum meorum sub tali Conditione quod in Casu quo dictus Guillelmus dilectus maritus meus dictum Medinum frumenti Censum bene & decenter assignare & affectare vellet, alibi vel sui hæredes assignare & affectare vellet eo casu dictus Guillelmus possit Et sui hæredes possint assignationem dicti Censum alibi bene & condecenter transmutare assignare & affectare dicto Capitulo, ac dictum Capitulum teneatur dictam assignationem ut præfertur alibi recipere pro supra dicta assignatione prædicti modij frumenti Censum, prima assignatione super hoc annullata, & ita manente franco & libero dicto Dilecto Marito meo Et suis quibus supra, Item do & lego nomine Elemosinæ perpetuo Abbatiæ fontis Andreæ (a) sexdecim Emminas frumenti ad mensuram novi Castri Censum quas assigno & affecto dictæ Abbatiæ percipiendas recuperandas levandas, & habendas per dictum Abbatem & Religiosos dictæ Abbatiæ qui nunc sunt & pro tempore fuerint annis singulis perpetuo in festo Beati Martini hyemalis super Censum frumenti dicto Guillelmo annuatim debiti in Villa de Confragno Et in Villa de Geneuerio super Confragno sub tali Conditione quod dictus Abbas Et Religiosi prædicti & totus Conventus dictæ Abbatiæ debeant & teneantur perpetuo quolibet Anno in die Obitus mei facere unum Aniversarium solemne, ut moris est fieri pro remedio animarum

(a) *Fontaine André*, olim Abbatia Comitatus Neuchatel. Vide de illa *Lexicon Historicum Helvetiæ* Auctore amplissimo viro L. X. V., Consule Reip. Thuricensis.



rum nostrorum dictorum Conjugum , Dominæ Mathildis matris dicti Domini & omnium parentum Et prædecessorum nostrorum Et hæredum Et successorum meorum & sub tali Conditione qua in Casu quo dictus Guillelmus dilectus Maritus meus dictas sexdecim Emminas frumenti Censum bene & condecenter assignare & affectare vellet, alibi vel sui hæredes assignare & affectare vellent, eo casu dictus Guillelmus possit & sui hæredes possint assignationem dicti Censum alibi bene & condecenter transmutare & assignare & affectare Domino Abbati & Religiosis dictæ Abbatie qui nunc sunt & qui pro tempore fuerint, & Dominus Abbas & Religiosi prædicti Et dictus Conventus dictæ Abbatie teneantur dictam assignationem ut præfertur alibi Recipere pro prædicta assignatione super hoc annullata & ita manente franco & libero dicto dilecto Guillelmo marito meo Et nostris quibus supra. Item do & lego nomine Eleemosinæ perpetuo Confrariæ Sancti Spiritus novi Castri duas Emminas frumenti ad mensuram novi Castri Censum quas assigno & affecto dictæ Confrariæ percipiendas Recuperandas Leuandas, Et habendas per Rectores dictæ Confrariæ qui pro tempore fuerint nomine & ad opus dictæ Confrariæ annis singulis perpetuo in festo Sancti Martini hyemalis super Censum frumenti dicto Guillelmo dilecto Marito meo debitos in Villa de Confragno, in Villa de Geneuieres super Confragno sub tali Conditione quod in Casu quo dilectus Guillelmus maritus meus dictas duas Emminas frumenti Censum bene & Condecenter assignare & affectare vellet alibi vel sui hæredes assignare vel affectare vellent eo Casu dictus Guillelmus possit & sui hæredes possint assignationem dicti Censum alibi bene & condecenter transmutare, assignare & affectare Rectoribus dictæ Confrariæ qui pro tempore fuerint nomine & ad opus dictæ Confrariæ dicti Rectores teneantur dictam assignationem recipere alibi ut præfertur pro prædicta assignatione dictarum duarum Emminarum

*Cod. Dipl. P. II.*

M



frumenti Censu prima assignatione super hoc annullata & ita manente franco & libero dicto Guillelmo & suis quibus supra. Item do & lego Joannæ de Volars Vxori Joannis Duhan Dompier domicellæ meæ Carissimæ duodecim florinos de allemania auri boni Et ponderis legitimi per dictum dilectum Guillelmum maritum meum, Et Ejus hæredes persolvendos videlicet ad primam Requisitionem dictæ Joannæ vel suorum hæredum & hoc pro bonis factis seruitijs & Curialitatibus mihi factis per dictam Joannam multipliciter & impensis. Item do & lego Catharinæ de Coles Domicellæ meæ Charissimæ Quinquaginta florenos de Allamania auri Boni & ponderis Legitimi per dilectum Guillelmum Maritum meum Et Ejus hæredes persolvendos ad primam Requisitionem dictæ Catharinæ vel suorum hæredum & hoc pro bonis factis Seruitijs & Curialitatibus mihi factis multipliciter Et impensis per dictam Catharinam Domicellam meam, Item volo & ordino Clamores meos per dictum Guillelmum dilectum Maritum meum, & ejus hæredes emendari & legata mea prædicta persolui & adimpleri simpliciter Breviter Et de pleno sine Strepitu judicij, & figura, hanc autem meam ordinationem Et hoc meum præsens Testamentum, volo & ordino in ultimam ordinationem & Voluntatem, Revocatis omni alio Testamento & omni alia ordinatione quod & quæ reperiretur per me aliter fore factis quod præsens meum Testamentum. Volo Valere jure Testamenti inscripti nuncupatiui aut alterius jure Codicillorum & eis jure modo & forma quibus melius Valere poterit & debebit, Et si non valeat secundum leges Ciuiles, Volo & ordino quod Valeat ac Valere debeat secundum Canonicas Sanctiones humiliter, in his omnibus implorando Benignitatem juris Canonici, auctoritatem Et solemnitatem juris Civilis totaliter remanendo. Preterea Volui & Volo quod hoc meum Testamentum præsens quælibet ejus pars & Clausula inscriptis dupliciter tripliciter & Multipliciter, & quod ex quali legato in dicto meo testamento




supra Contento leuetur Clausula per se manu Subscripti Notarij pro quolibet postulante Cujus intererit ad Consilium & dictamen Sapientis substantia facti non mutata, Volo Etiam, quod dictum meum Testamentum quælibet ejus pars & Clausula fidem faciat per se semper & ubique dicti mei Testamenti absentia non obstante, dictoque Testamento meo quod ad omnia quæ in eodem continentur in pleno suo robore duraturo, Et Ego Guillelmus Comes de Arberg Dominus de Valangia omnia prædicta per dictam Joannam Dilectam uxorem meam facta & acta confiteor fore Vera Et ipsa omnia & singula perpetuo laudo, Ratifico, Authoriso, approbo pariter & confirmo, Et præsentia & Contemplatione omnium præmissorum mihi concessorum per dictam Joannam dilectam uxorem meam Consideratisque & inspectis plurimis gratis Servitijs Beneficijs mihi impensis per dictam Joannam Et in quibus se semper reddidit propitiam, & Conformem nolens de Vitio ingratitude in aliquo apprehendi, idcirco in Compensationem Renumerationem & præmium servitiorum Beneficiorum & obsequiorum factorum dedi & do donavi & dono Concessi & Concedo & me dedisse donasse & Concessisse Confiteor per præsentem donatione purâ merâ & irrevocabili facta inter vivos Valitura & nullatenus revocanda prout melius potest exprimi prædictæ joannæ Testatrici dilectæ uxori meæ pro se & suis hæredibus omnia bona mea mobilia quecumque & Vbicumque sint & poterunt reperiri in Casu quo Ego dictus Guillelmus decederem ab humanis dicta janna superstita Et me super Eminente Et ad vitam suam usum fructum suum in omnibus alijs rebus Bonis & proprietatibus meis immobilibus quibuscumque Et promitto Ego dictus Guillelmus pro me



& meis hæredibus juramento meo super Sanctis Dei Evangelijs Corporaliter præstito omnia prædicta prout sunt Superius Expressa rata grata habere tenere pariter Et firma Et Contra Eadem non facere dicere obijcere vel venire per me vel per alium aliquo modo in futurum renuntians siquidem in hoc facto Ego Guillelmus prædictus Ex Certa Scientia mea Et per Vim jam dicti juramenti mei præstiti omni actioni Et Exceptioni doli mali vis metus in factum omni Circumventioni deceptioni Et Læsioni promissioni indebitæ Confessioni Erroneæ Et Extra judicium factæ, juri dicenti donationem quinquagintorum aureorum Extra judicium factam sine Inflatione judicium non Valere rei aliter scriptæ, quam actæ vel actæ quam scriptæ omni implorationi officij judicio omni - - - - - usui, privilegijs & statuto patriæ sive loci quibus præfens donatio in se vel in substantia possit Reuocari Et annullari Et demum juri dicenti generalem Renuntiationem non Valere nisi præcesserit specialis, Volentes Et Expresse Concedentes nos Joanna Et Guillelmus Conjuges prædicti pro nobis Et nostris quibus supra quod si in præfenti Testamento seu donatione primo reperiatur aliquod Ambiguum semiplenum vel obscurum inepte positum seu scriptum quod pro dictis legatarijs Et eorum hæredibus Contra nos & nostros quos Supra - - - - - propter quod Contra legata - - - - - Et fiat interpretatio declaratio Et supplicatio Eorundem faciendum tam Sigillum quam Scriptura, rei Vero substantia non mutata: in omnibus & singulis fuerunt præfentes Discreti Viri Dominus Henricus de Spinis, Dominus Brocardus de - - - - - Ecclesiæ novi Castri, Ludovicus de Valmdas Et Mathæus de Coufens Domicelli, Joannes Divens, Franciscus de Bectens, Ejus frater Domicellus, Micolaus Leropard scriba Residens Lugduni,



in quorum omnium & singulorum firmitatem Robur & testimonium nos  
 Joanna Testatrix & Guillelmus donator prædictus, ac nos Testes  
 prænominati qui fuimus interfumus Sigillum Curiae Laufannensis,  
 Rogamus & nostris precibus apponi fecimus huic scripto Et nos offi-  
 cialis Curiae Laufanensis ad preces & requisitiones Testatricis & dona-  
 toris Conjugum prædictorum nec non Testium prædictorum, nobis ob-  
 latus fideliter & Receptas per Henricum Piard de nouo Castro, Cleri-  
 cum Curiae nostræ juratum cui super his Vices nostras Commissimus Et  
 Cujus relationi fidem plenariam adhibemus sigillum dictæ Curiae nostræ  
 officialatus Laufanensis præsentibus litteris duximus apponendum da-  
 tum in Nouo Castro in Domo habitationis, Illustris & potentis domini  
 Domini *Conradi Comitis Fryburgi & noui Castri* dictæ nostræ Laufanensis  
 Diocesis prima die mensis junij Anno Domini Millesimo quatercentesimo  
 decimo septimo.



CCCXLVII.

SENTENTIA INTER RUDOLPHUM MARCHIONEM

HACHBERGENSEM ET CONRADUM COMITEM

FRIBURGENSEM LATA.

ANNO MCCCCXVII.

*Ex Authentico.*

**S**o deme von der Landgraffschafte wegen Jm Brifsgowe die der obge-  
 nant Herre, graf Cunrat dem dickgenanten marggraff Rudolffen  
 verschriben vergabet vnd vermacht hat vor gerichte zé Nuwenburg Jm